



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Petrus Episc. 3. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

runt aurum. *Ex actis S. Anastasia.*

Cum sis adolescens, silentium & diligentiam cole: diligentia enim te gratum conservat; silentium autem anime lucem tuetur, nec splendorem ejus tenebris obrui sinit; semper denique & in omni actione comes tua sit humilitas, S. Ephrem de vita spirit.

S. PETRVS EPISC. 3. Augusti.

EX principum Salernitanorū stirpe ajunt oriundum PETRVM. Sed ut in nobiliorem etiam familiam transfiret D. Benedicti, non dubitavit purpuram cum cucullo mutare. Attulit tamen hic alteram illi purpuram, cum Pont. Anagninæ ab Alex. Pont. Max. datus est. Sed nos illud multò plurius facimus, Cælitibus tam familiarem PETRVM fuisse. Etenim cum dubitatio suborta esset Agnaniensibus, num D. Magni ossa penes se haberent, eam ex omnium animo delevit ipse Magnus, & testis suus ipse verissimus feminæ à paralyfi afflicta (excubare eam PETRVS ad tumbam Divi jusserat) sub noctem conspicuus suam præsentiam Episcopo, simul sanitatem agræ nuntiavit. Idem D. Magnus PETRO oranti visus iter illi Constantinopolim indicit & simul itineris rationem edixit, ut quòd valetudinem Imperatori allaturus, & invicem, quidquid postulasset, esset ablaturus. Itur ergo Constantinopolim ad Michaëlim. Sed negat hic se vel Anagniam vel Medicum D. Magnum nosse. Ut igitur nosceret, nocte insequenti cum morte luctanti Imp. spectendum se obtulit ipse, Magnus & cum Magno VIRGO Maxima, monuitque PETRO crederet, medicinam morbo facturo. Accersitur igitur hic, & valetudini restituitur Michaël

Ro

Rogas, quâ medicinâ? Saluberrimo MARIA Magninomine. Pretium operæ porrò PETRVS sine Anagniam hoc retulit, ut sumptus Imp. Michæl faceret in ædem maximam ædificandam suffectoros. Sed neque hæc licet magnifica explorare oculos potuit PETRI. Ad cæli igitur templa abiit, Eodem tendis? per nostra in illa itur. *Ex Ferrar.*

Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multâ patientiâ, diffundentes odorem illius circumquaque, adversa tolerando: sicut enim aromata odorem suum, cum incenduntur, expandunt, sic in nobis quod virtutibus redolet, per patientiam innotescit, S. Laur. Iust. lign. vitæ.

S. DOMINICVS CONF. 4. Augusti.

Alterum ecce orbis labantis columen DOMINICVM. Certè Innoc. Pont. Max. subijcere humeros ruinam meditati Lateranensi ædi vidit. Certè flagrantem à tergemino vitio orbem totidem telis castigaturo FILIO MATER clypeum cum FRANCISCO DOMINICVM objecit, ut jam minus mirer necdum natum sive ore facem, sive fronte stellam prætulisse. Et verò etiam hodie lucet in Filiis, qui dum sanctioribus rosis lilium (VIRGINEM) colunt; dignos se probant, quos (quemadmodum ipse DOMINICVS habuit videre) velut pullos suos nunc pallii sui alis foveat MAGNA MATER, nunc dormientes invisat benè precabunda. Illud omnium bono ex Virgine Divus intellexit toties advectionem pro nobis in cælis ad Filii pedes facere, quoties è terris ADVOCATAM solenni formâ clamamus, ut qui rei non clamantis sibi, non Advocatæ adscribant, si pereant. Porro Do-